

QVÆ SEQVNTVR, AB IPSO RVEL-
lio ex veteri aliquo codice, quò ille vsus erat, addi-
ta fuerunt prioribus codicibus, quæ cùm Græca
eis respondentia non haberemus, in hunc
locum reiecinus.

Fol. 32. pag. 2. post caput malabathrinum, caput hoc infer-
tum fuit.

Iasminum.

Apud Persas fit quod Iasminum cognominatur, ex albis
floribus violæ: quorum sextās, in Italicum sextarium sesami-
ni olei demittitur, violis, vt in lilino diximus, vicissim permu-
tatis, Apud Persas inter epulandum vsurpatur odoris causa.
Nam toti corpori conuenit præsertim cùm in balneas descen-
sum est. Sed his opitulatur corporibus, quæ calfactionem, la-
xationemque desiderant: grauius enim spirat, quàm vt liber-
ter à plerisque recipiatur.

Folio 43. pag. 2. in fine capituli Iuniperi hæc adiecta inue-
niebantur, folia acrimoniam habent: ideo tam ipsa, quàm
eorum succus ex vino, contra viperarum morsus illini aut
bibere prodest. Corticis cinis cum aqua illitus lepras eximit, Ra-
menta ligni deuorata interficiunt.

Fol. 96. pag. ead. in calce capituli de vrina lyncis, hæc addita
legimus. Asininæ vrinæ potu renum vitia sanari traduntur.

Fol. 220. pag. ead. versu 18, post ista verba, capite cõstat, sub-
sequerentur hæc: dulce, in purpureū vergens, paruum: reliqua
verò magna & candida, ex plurib⁹ coagmentantur nucleis.

Fol. & pag. eadem, vers. 28, post illa, aciem oculorum est
hebetat, hæc inserta erant. Eosdem effectus præbet angui-
num, quod & elaphoscorodon dicitur: latas ventris tineas in
cibo sumptum abigit, vrinas detrahit: cõtra viperarum ictus,
& priuatim hamorrhoi, prodest, ita vt nõ aliud magis, si cum
vino iugiter assumatur, aut tritum in eodem ebibatur: con-
tra rabiosorum morsus & illitu, & cibo valet. Magnæ & al-
lio utilitates

Fol. 198.

Fol. 198. pag. 2. vers. 12. & alterum clematidis genus addatur: verba autem sunt hæc. Est & altera clematis, quæ viticulosum emittit ramulum, rubescentem, lentum: folium gustu admodum acre, ac exulcerans: repit per arbores, vt simi-
 lax. Semen tritum, pituitam bilémque detrahit, in aqua aut hydromelite potum. Folia eius illita lepras purgant. Cum lepidio conditur ad cibos.


Fol. 232. pag. 2. vers. 23. post capitis verbum primum Buglossum, hæc erant, nascitur in campestribus, & sabulosis. Iulio mense colligitur. Aiunt eam quæ tris thyrsos emittit, cū semine & radice tritam, potamque, contra tertianos horrores prodesse: quæ quatuor, ad quartanos: ea in vino decoquitur. herbam abscessibus vtilem esse volunt

Fol. 351. pag. ead. in finē versus 22. hæc subiiciebantur, inter quæ talia maximè laudantur. Gallinacea cerebella cum vino pota, semen fatiæ brassicæ tritū & acetabuli mensura cum vino potum. Quinetiam bonum est digitum in liquidam picem intingere, deinde vinum quo digitus fuerit elutus, bibere. Hæc sunt quæ contra viperæ ictus auxiliantur.

FINIS.

EXCVDEBAT BENEDICTVS PREVOST
 IN VICO FREMENTELLO, SVB SIGNO
 STELLÆ AVREÆ, MENSE AVGVSTO,

1549.



h. 11.